17 28

DISSERTATIO IVRIDICA
DE

REFVTATIONE FEVDI POENAE LOCO IMPERATA

QVAM
PRAESIDE
DOMINO
CAROLO GOTTLIEB KNORRIO
ICTO, POTENTISS. REGI PRVSSIAE A CONSIL. AVL.
ET PROFESSORE IVRIS P. ORDINARIO
IN REGIA FRIDERICIANA
PATRONO ET PRAECEPTORE SVO PIE COLENDO
H. L. Q. C.

D. DEC. CIƆIƆCCXLIII.

PVBLICE DEFENDET
AVCTOR
FERDINANDVS CHRISTOPHORVS FOERSTERVS
LAVBA-LVSATVS
SOCIET. LATIN. IENENS. COLLEGA HONORAR.

HALAE MAGDEBVRGICAE
LITTERIS IOAN. CHRIST. GRVNERTI ACAD. TYPOGR.

DISSERTATIO IVRIDICA

DE

REFVTATIONE FEVDI POENAE LOCO IMPERATA.

§. I.

Dominium est, *ius proprium de re aliqua disponendi pro arbitrio suo* (a). Ius disponendi de ipsa rei *substantia proprietas* dicitur (b). Ius disponendi de *quolibet rei vsu* pro arbitrio suo *ius vtendi;* ius autem disponendi de *quolibet rei fructu* pro arbitrio suo *ius fruendi* vocatur (c). Cui itaque competit ius disponendi de *substantia*, *vsu* et *fructu* rei *pro arbitrio suo*, *is dominium* habet. Qui dominium habet, de ipsa *substantia* rei suae et de eius *vsu* et *fructu* disponere potest in gratiam alterius (d) sibique in re sua ius aliquod, quod non transferatur, excipere ac reseruare. Cum igitur quisque rei suae legem dicere, aliumque in *partem* dominii

Definitur dominium, et quid liceat domino ostenditur.

sui

ſui admittere poſſit, conſequitur, vt tantum in alterum transmittatur, quantum is, qui alienat, voluit, adeoque effectus dominii inter duos dominos inaequaliter diuiſi ſint (e). Quod dominium *minus plenum* dicitur, et illa pars dominii, quam ſibi reſeruat concedens, *directi*, quam vero transfert in alterum, *vtilis dominii* nomine venit medii aeui lctis.

a) Recte inde quisque dicitur *rei ſuae moderator et arbiter l. 21. C. Mand.* ſolusque dominus ad *ſuum arbitrium* vti re ſua *l. 11. in f. D. ſi ſeruit. vindic.* Alii aliter definiunt dominium. Nam mirum non eſt, fluctuaſſe hic interpretes, cum nulla in iure Romano definitio dominii occurrat. Licet vero *b. m.* HEINECCIO *Elem. Iur. Nat. L. I. §. 231.* dominium ſit *ius ſeu facultas alios vſu rei alicuius excludendi;* tamen hanc definitionem calculo noſtro probare non poſſumus, cum, ſi id verum eſſet, neceſſario ſequeretur, vt illis tribuendum ſit dominium, qui de eo non participant. Quem enim fugit, vſufructuario ius eſſe ceteros omnes vſu rerum excludendi, cum durante vſufructu ſolus vti frui poſſit, nec alius quicunque ipſo inuito iisdem vti, frui queat? *l. 1. de vſufr.* Non tamen ideo eſt dominus *l. 43. §. 12. D. de furt.* Nos itaque ſequi maluimus ILLVSTREM FRIDERICIANAE CANCELLARIVM CHRISTIANVM WOLFIVM *Iur. Nat. P. II. §. 118.* et STRVVIVM *Exerc. XI. §. 4.* Niſi quod hic dominium ad *res corporales reſtringat* et requirat, vt quis *nomine proprio* de re aliqua pro arbitrio ſuo diſponat. Sed, ſi latiori ſignificatu definire placuerit dominium, *res incorporales* procul dubio dominio ſubiiciuntur *l. 70. §. 1. de V. S. l.*

S. l. 48. D. de hered. instit. Strictiori enim significatu Icti res *corporales* in *dominio*, *incorporales* vero in *bonis* esse voluerunt *l. 4. D. Communi Div. l. 49. de V. S.* THOMAS. *ad* HVBER. *de R. D.* §. *12. 13.* ILLVSTR. WOLFIVS *l. c.* §. *216.* Hinc eleganter obseruat HEINECCIVS *Elem. Iur. Germ. L. II.* §. *31.* Germanos dominium et in rebus incorporalibus constituisse et nunquam ea, quae in dominio sunt, distinxisse ab iis, quae in bonis sunt, sed phrasi *in proprium tradere* de iuribus aeque ac rebus corporalibus vsos fuisse. Quod autem addiderit STRVVIVS *proprio nomine* fecit ideo, quia etiam tutor de rebus pupilli videtur pro arbitrio suo disponere. Id quod tamen falsum est. Nam ad *arbitrium boni patrisfamilias* de rebus pupilli disponere et rationes gestae administrationis reddere easque iudicio alieno subiicere debet, quod ab eo exigi nequit, qui suo arbitrio i. e. *prout sibi visum fuerit*, de rebusdisponendi ius habet. Quodsi etiam excipias, pupillum esse dominum, nec tamen ei competere facultatem, de rebus suis libere disponendi, *ius* cum *exercitio* confundis. Nonne rex captiuus retinet imperium, licet illud administrare nequeat? ILL. WOLFIVS l. c. §. 118. Ius *proprium* vero dicimus, *quod vni cuidam homini in singulari soli competit* ILL. WOLFIVS *l. c.* §. *2.*

(b) In Iure Rom. promiscue accipiuntur dominium et proprietas. Sic NERATIVS *l. 13. de A. R. D. dominium*, inquit, *i. e. proprietas mihi adquiritur.* Quod etiam probat HEINECCIVS *l. c.* §. *231.* et res in proprietate esse dicit, a quarum vsu omnes, praeter nos, excludimus, adiicitque in scholio, *sic facultatem omnem ex re vtilitatem percipiendi*

constituto vsufructu a proprietate separari animaduertimus, saluo dominio. Sed adcuratiores dominium a proprietate distinguunt. Nam ius, quod praeter vsumfructum, qui alias est pars dominii *l. 4. D. de vsufr.* indeque *causalis* dicitur, quia coniunctus est cum sua causa i. e. proprietate, dominio inest, conuenientiori, quam proprietatis vocabulo, indigitari nequit. ILL. WOLFIVS *l. c.* §. *131.*

(c) IDEM *l. c.* §. *136.*

(d) IDEM *Hor. Subsec. Trim. aest.* A. CIƆIƆCCXXIX. *p. 153.*

(e) HEINECCIVS *l. c.* §. *279.*

§ II.

Iure vetere in vasallum non dominium, sed vsusfructus, pro libidine domini reuocabilis, transferebatur.

Cum vero in mores iuerit apud gentes originis germanicae, vt domini fidelibus militibusque suis pro fide et seruitiis ad victum et stipendii loco fundos et praedia vtenda, fruenda traderent (a), consequitur, vt, praeter ius disponendi de vsu et fructu praediorum, nihil translatum illudque pro libidine dominorum reuocabile fuerit. Non enim victum et stipendia petere possunt, quorum seruitiis non indiget dominus et in quorum fide nullam fiduciam collocat. In quo eo sumus fidentiores, cum ipsa *feodi* denominatio illud manifesto probet. Nam *Fee* etiam ante introducta feuda denotauit stipendium, salarium, mercedem, quae fere in mobilibus rebus consistebat (b). *Od* vero vocarunt bona, opes, possessiones, res et diuitias (c). Igitur nouum illud stipendii genus, in fundis et praediis constitutum, *Odi* nomine adiecto a reliquis stipendiis distinxerunt (d).

(a) STRV-

a) STRVVIVS *Iurispr. Feud. C. I. §. 6.* ILL. BOEHMER. *Iur. Eccles. L. III. T. 20. §. 3.* Dicitur inde in charta apud AVB. MIRAEVM *in Cod. piar. donat. C. XLII. Fideli nostro Theodorico Comiti, quicquid nostro concessu hactenus* in beneficium tenuit *inter duo flumina, quae vocantur Liora et Hula,* in proprium dedimus *cum omnibus vtensilibus, quae in eodem beneficio regio* per fructuarium vsum *ante haec possedit.* Tanta enim illis temporibus nondum erat auri argentique copia, vt in numis constitui potuissent salaria et stipendia. *de* LVDEWIG *Iur. Feud. C. XII. §. 8. p. 892.*

b) SCHILTER, *ad Rubr. Iur. Feud. Alem. §. 7. p. m. 120. de* LVDEWIG *Iur. Feud. C. II. §. 7. num. 94.* WACHTER *Glossar. P. II. p. 1786.* Recte inde feudorum stamina apud TACITVM *de M. G. C. XIV. quaesiuit* STRVVIVS *Synt. Iur. Feud. C. 1. Aphor. 3. n. 3. Nam epulae,* inquit, *et quanquam incomti, largi tamen apparatus* pro stipendio *cedunt.* Laudat itaque comitum *fidem* in dominum *stipendiaque* pro *seruitiis* data constitutaque fuisse testatur in iis, quae ad victum necessaria. Probat eandem sententiam HEINECCIVS *Histor. Iur. L. II. §. 2.** diluitque ea, quae opposuit DITMARVS *in not. ad* TACIT. *p. 87.*

c) WACHTER *Gloss. p. 1159.* Inde *Allod, Altes Od,* auitum bonum, *Kleinod* substantia parua et pretiosa. *Heriot, Heriotum* castrensis adparatus.

(d) Alii vocem *Feod* ad *simplices,* alii ad *compositas* referre malunt. Priorem sententiam tuetur CELEB. LVDEWIGIVS *Iur. Client. Germ. C. 2. §. 6. n. c. Iur. Feud. C. II. Qu. 3.* Sed nos in posteriorem ire maluimus, quam etiam probat Vir summus HENR. A COCCEII *Hypomnemat. Iur. Feud.* T. II. *3.* et CELEB. GEBAVERVS *Differt. de origine Feodi* C. I. §. 8.

§. III.

§. III.

Succeſſu temporis feuda facta ſunt *annua*, poſtea data ad *vitam* et tandem *hereditaria* eſſe coeperunt.

Licet itaque feuda *precario iure* concederentur vaſallis, tamen temporis ſucceſſu euenit, vt initio fierent *annua*, deinde vero ad *vitam* vaſalli producerentur, tandem *filiis* et *nepotibus* (a) *omnibusque* a primo adquirente deſcendentibus (b) relinquerentur. Ex eo igitur tempore ius pinguius in vaſallum tranſiit, vt non ſolo iure vtendi et fruendi gauderet, ſed partem dominii per inueſtituram conſequeretur. Cum enim dominium ſit *ius proprium de re aliqua diſponendi pro arbitrio ſuo* (c), conſequitur, vt dominus rei ſuae legem dicere aliumque in partem dominii admittere et *vſumfructum* prorſus *illimitatum*, *proprietatem* vero *limitatam* in eum transferre poſſit. Quando itaque *dominii effectus* inter duos inaequaliter diuiſi ſunt, dominium dicitur *minus plenum*, illaque dominii pars, quam ſibi concedens reſeruat, *directi*, ea vero, quam, ſub conditione praeſtandae fidelitatis, in vaſallum transfert, *vtilis dominii* nomine venit (d). Ex quibus facile intelligitur, ad feudi *ſubſtantiam requiri, rem*, quae infeudatur, *dominium* rei *directum* et *vtile* ac *reciproca fides* adeoque recte illud definiri, *dominium vtile in re aliqua alteri a domino conceſſum ſub conditione fidelitatis reciprocae.* (e).

(a) *I. F. 1.* THEGANVS *de Geſtis* LVDOV. *C. XIX. 1. F. 9. Ius Alem. C. LXV. §. 3. I. F. 1. §. 2.*

(b) *I. F. I. §. 4.* SCHILTER *de Nat. ſucceſſ. feudal. C. I. §. 6. 7. Leges Longob. L. III. T. 8.* HORN. *Iurispr. Feud. C. I. §. 20. C. XV. §. 1.*

(c) *Per §. 1.*

(d) *c. §. 1.*

(e) Alii aliter definiunt feudum. Quorum definitiones recitat STRVVIVS *Iurispr. Feud. C. II. §. 2.* hodie-

hodieque feudum dici posse putat, *ius in re immobili, a domino superiore, retento dominio directo, iure hereditario concessum, vt possessor illam conseruet, de eadem non, nisi domini consensu, disponat, libere tamen eadem vtatur, fidem domino specialem praestet et seruitia.* Sed multa sunt, quae circa hanc definitionem moneri possunt. Nam 1) etiam in re *mobili*, veluti pecunia, hodie constitui potest feudum STRVV. *C. 5. §. 2. n. 2.* 2) Non solum a superiore, sed etiam ab aequali et inferiore deferri potest *C. IV. §. 15.* 3) Liberi quidem succedunt iure hereditario, non vero agnati atque simultanee inuestiti *C. XIII. §. 1. 2. C. XIV. §. 8.* Quid quod salua sit feudi essentia, si hodie etiam detur ad *vitam* et *gratiam.* 4) Feuda *mere hereditaria* irrequisito domini consensu alienari possunt, salua fidelitatis praestatione *C. V. §. 12.* 5) De *feudo franco* nulla praestantur seruitia *C. V. §. 7.* DN. *de* LVDEWIG *Iur. Feud. C. I. Qu. I.* feudum est *beneficium susceptum cum nexu fidelitatis.* Sed non sequitur, datur beneficium sub nexu fidelitatis, ergo est feudum. Hac enim ratione omnia stipendia et salaria militibus et ministris soluta feudi nomine venirent, cum sub *nexu fidelitatis* soluantur. Quod probat iurisiurandi formula, qua fidem domino adstringunt. Potius ad substantiam feudi requiritur *dominii vtilis translatio*, vt, vbi vtile dominium sub nexu fidelitatis concessum reperitur, ibi iure adfirmaueris feudum. Deinde secundum *Qu. 2. iuridico significatu beneficium omnino est feudi synonimum.* Igitur propositio esset identica, *feudum est beneficium* i. e. *feudum.* Vt taceamus, feuda improprie hodie dici beneficia.

Quod ostendemus §. *IV.* OBERTO tamen 2. F. 23. feudum est *beneficium, quod ex beneuolentia ita datur alicui, vt proprietas quidem rei immobilis beneficiatae penes dantem remaneat, vsusfructus vero illius rei ita ad accipientem transeat, vt ad eum heredesque suos masculos, siue feminas (si de his nominatim dictum sit) in perpetuum pertineat, ad hoc, vt illi et sui heredes fideliter domino seruiant.* Ergo OBERTVS *solum vsumfructum* transire in vasallum, *proprietatem* vero penes dantem remanere credidit. Quae sententia nec hodie quibusdam displicet, inter quos est DN. SENKENBERG *Iur. Feud.* §. *143.* cum *desint vasallo omnes domini qualitates, et non possit rem deteriorem reddere, nec eam vendere, aut alienare, nec de ea testamento disponere, nec etiam ea sine possessionis innouatione seu adquisitione frui.* Sed ipse concedit deinde vasallo §. *439. vtilem rei vindicationem* et *publicianam.* Cui vero ius vindicandi competit, ei competit dominium BEIER *Iur. Germ. L. II. C. 10. §. 9. seqq.* Nec etiam publiciana sine *ficto dominio* concipi potest. Quoniam itaque vasallus rei vindicationem habet, quae inter *effecta dominii* pertinet, consequitur, vt non illimitata proprietas penes concedentem maneat, sed restricta in vasallum transeat et sic gaudeat iure *vtendi fruendi* prorsus *illimitato*, iure vero disponendi de ipsa rei *substantia restricto et limitato*, vt omnes fructus faciat suos, iisque vtatur fruatur, prout ei visum fuerit, ipsam vero substantiam, irrequisito domini consensu, vendere, aut alio modo alienare nequeat. Vnde non contemnit dominum, qui vendit feudum sub conditione, *si dominus consenserit, bis auf Lehnsherrli-*

herrlichen Consens. Idem de oppignoratione dicendum est. Cum itaque effectus dominii (§. *1.*) i. e. *vsusfructus illimitatus* et *proprietas restricta* in vasallum transferatur, non male haec dominii pars *vtile dominium* vocatur (§. *eod.*). Quamuis negandum non sit, apud Germanos *vsusfructus* vocabulo omne *dominium vtile* fuisse denotatum. Quod docuit HEINECCIVS *Elem. Iur. Germ. L. II.* §. *33. 37. 48.* Ne itaque in logomachiam incidamus, dominium vtile adscribimus vasallo, et nostram facimus definitionem, quam dedit VIR SVMMVS CHRISTIANVS WOLFIVS *Hor. subsec. a. 1729. p. 258.* et de *notione substantialium, naturalium et accidentalium feudi* adcuratissime disseruit facemque in hoc argumento praetulit ICtis.

§. IV.

Cum feudum sit beneficium, ordinarie liberum est vasallo illud refutare et resignare.

Licet vero pleraque feuda in Germania vel sint *oblata*, vel *emta* pecunia adeoque non debeantur gratiae et beneuolentiae domini (a); tamen curiali significatu *beneficia* vocantur, ipsique vasalli beneficiarii (b). Et gratiam omnino facit vasallo dominus, dum per inuestituram *vtile dominium* in eum transfert. Cum autem inuito beneficium obtrudi nequeat (c); sequitur, vt *ordinarie* liberum sit beneficiario, renunciare fauori et beneficio (d). Quod *refutare* feudum ipsumque actum *refutationem* dixerunt (e). Non itaque permissa est *refutatio*, si sit *intempestiua* (f), vel *dolosa* (g), vel etiam *consuetudo* (h), aut *pactum* inter dominum et vasallum eam prohibeat (i).

(a) *de* LVDEWIG *l. c. C. III. qu. 5.*
(b) IDEM *l. c. C. I. qu. 2.*

 (c) *l. 29.*

(c) *l. 69. de R. I.*

(d) *l. 29. C. de pact.*

(e) Scilicet sequioris aeui scriptoribus pro *respuere*, siue *repudiare* et *renunciare* ponitur eoque sensu occurrit apud QVINCTIL. *L. X. C. 6. vt primum est domo offerre paratam dicendi copiam et certam; ita refutare temporis munera stultissimum est.* Hinc *2. F. 9. 14. 39. 49. et passim* phrases *refutare feudum et refutatio feudi* frequenter occurrunt. Sed apud AVCT. VETER. *de benefic. §. 91. 92. 95. 113.* aliosque apud LVDEWIG. *Reliqu. MCST. T. IV. p. 242.* et ITTERVM *de feudis imper. C. XXII. §. 9. in ipsaque A. B. T. XIV. §. 1. resignare* dicitur feudum, qui illud *repudiat* dominoque *reddit*. Resignare vero pro *cedere, reddere*, quae habuimus, bis posuit HORATIVS *III. od. 29. 53.*

Si celeres quatit pennas, RESIGNO *quae dedit.*

Deinde *1. ep. 7. 34.*

Hac ego si compellar imagine, cuncta RESIGNO.

(f) Veluti si dominus actu gerat bellum, vel illud gerere decreuerit, vel etiam *actum iurisdictionis* in vasallum exercere velit MINSINGER. *Cent. VI. Obs. 65. n. 12.* MVLLER *Resol. March. LXIX. n. 39. 40.* Prohibet CAR. IV. hanc intempestiuam refutationem *in A. B. T. 14. §. 1.* Quod hodie vix contingere posse recte monuit *de* LVDEWIG *l. c. p. 105.* cum domini militum mercenariorum opera vtantur et pecunia pro *equo feudali* soluenda rarissime vel nunquam pretium feudi superet.

(g) Scilicet non fieri debet *refutatio* in fraudem et perniciem domini atque offendendi animo.

mo. Nam poſt refutationem ad ſeruiendum quidem non tenetur, ſed tamen eum (nempe priſtinum dominum) *offendere non debet 2. F. 38.* Quod etiam ſub nullitatis atque infamiae amittendique iuris feudalis et banni poena ſanciuit CAROLVS *IV. c. C. XIV.* §. *2.* SCHILTER *Cod. Iur. Feud. Alem. C. V.* §. *4. p. m. 149.* ITTER. *l. c.* §. *10.* Verba *Carolinae ſanctionis* deſcripta eſſe ex *2. F. 38.* obſeruat LVDEWIGIVS *p. 107. n. 12.* licet *p. 108.* in ea ſit ſententia, tempore illo incognitum fuiſſe in Germania ius feudale Longobardicum, nec auctorem A. B. fuiſſe *Bartoliſtam*, cum verbo *reſignare* non *refutare* vtatur, quod vltimum tamen ei fuiſſet vſitatius. Ceterum doloſa quoque eſt refutatio, quae fit animo fraudandi et decipiendi creditores STRVVIVS *Iurispr. Feud. C. XX.* §. *26.*

(h) Sic in Marchia mos viguit, vt cedi nequeat agnatis proximioribus, aut remotis feudum, ſine domini conſenſu MVLLER *Reſol. LXVI. n. 14.* Ipſi enim domino inuito reſignationem fieri potuiſſe teſtatur *Reſol. LXIX. n. 35. ſeqq.* Idem cautum fuit in Ducatu Magdeburgico *Ord. Pol. C. VIII.* §. *19. So ſoll auch denen Lehnsbeſitzern nachgelaſſen ſeyn, das Lehn dem* allernächſten *Lehnsfolger, mit* unſern *oder* andern Lehnsherrlichen Conſens, *in* bequemer Zeit *zu refutiren, welchen wir der Lehnherr, auf gebührendes Anſuchen beleihen wollen, einem andern aber, welcher nicht in dem Lehnbriefe als* nächſter Mitbelehnter *begriffen, mag das Lehn, ohne Lehnsherrlichen und der übrigen Mitbelehnten ausdrücklichen Conſens, nicht refutiret werden.* Quod vero hodie extra

vſum eſt, nexu clientelari ſublato et feudis in allodia mutatis.

(i) Poteſt enim vaſallus iuri ſuo renunciare ſibique paciſcendo legem dicere. Inde cautum *Iure Alem. C. 99. Was der Herre Manleben gelibet, das ſtatt an des Mannes Truwe ob es das laſſze oder nüt. Der Herre möge in denne vberzugen das er es in Lehenrechte gelobet habe, vnd Gezugen ſollent des Herren Man ſin.* Cum *C. 5.* permittatur vaſallo, vt pro lubitu feudum refutare poſſit, *C. 99.* regulae exceptio ſubiicitur, *niſi in iudicio feudali promiſerit illud*, ſcilicet *quod refutare nolit feudum inuito domino*, idque probet dominus per pares ſuos. SCHILTER *l. c. §. 3. p. 277.* Concinit *Ius Feud. Saxon. C. 55.* Tales vaſalli dicuntur *Ewigliche Manne.* Quorum exempla adduxit SCHILTER *l. c. C. XXVI. §. 3.* Vaſallis ligiis alii permittunt, alii negant refutandi licentiam COM. A VITZTHVM, *Differt. de Feud. Lig. §. XXI.*

§. V.

Quotuplex ſit refutatio et quid ſit definitur.

Refutatio itaque feudi duplici modo poteſt accidere. Aut enim vaſallus domino feudum reſignat (c), *er kündigt die Lehn auf;* aut vaſallo feudi refutationem imperat dominus. Prior modus non multi uſus eſt, cum rariſſime continget, ut beneficio renunciet vaſallus dominoque feudum refutet (b). Frequentius fieri ſolet refutatio alias in feudo ſucceſſuris, vel etiam extraneis, cum domini conſenſu (c). Sed cum hic modus refutandi feudum noſtro inſtituto non conveniat de eoque actum ſit, quantum ſatis eſt (d); potius, quid ſit alter modus, definiendum eſſe, autumamus. Eſt autem refutatio feudi a domino imperata,

ta,

ta, *priuatio feudi propter factam deteriorationem, aut aliud quodcunque delictum in dominum vel extraneos, eum producens effectum, vt vasallus commoda iuraque omnia, quae habuit quibusque ipsi uti et frui licuit, poenae loco amittat illaque resignare cogatur; dominus vero, alium in hoc feudum pro lubitu immittendi vasallum, facultatem nanciscatur* (e).

(a) De quo *B. Dn. de* LVDEWIG *ad* STRVV. *Iurispr. Feud. C. XVII. §. VII.* differit: *Scilicet eodem iure vasallus domino feudum refutare, quo aliquis officialis honestam a domino requirere potest missionem. Sed hodie eius rei vix exemplum occurrit, cum inter commoda vasalli et onera moribus nostri aeui nulla proportio: quae tamen fuerat olim.* De quo egimus §. *IV. n. f.*

(b) Casus contigit hoc anno notabilis, *da drey Gebrüder von R. ihr Ritterguth Wichtringhausen im Fürstenthum Colenberg gelegen, seiner Großbrittanischen Mai. als Lehnsherrn* sub dato *Hanover den 3 April 1743. refutiret haben; weil gedachte 3 Brüder bey Iahren, vnd in Königl. Dänischen Diensten, überdies keiner davon mit Männlichen Lehnerben versehn, sie auch das Lehnguth nicht verlangen, noch genüssen können, indem vermöge des Lehnbriefs ihre Allodialerben nach ihren Tode, den von ihnen voritzo zubezahlenden Kauffschilling von niemand wieder erhalten, folglich sie nach Aufwand vieler Vnkosten mehr Schaden als Nutzen von Vbernehmung gedachten Guthes haben würden.* Vid. *Leipz. Gelehr. Zeiungen N. LXXXII. p. 734. et seqq.* Quodsi tamen vel ipsi simultanee inuestiti, vel illi, quorum heredes facti sunt, pretii restitutionem promiserunt vltimi possessoris

ſoris heredibus allodialibus, proculdubio ab his actione ad intereſſe pulſari poſſunt, ſi, caſu exiſtente et ſucceſſione in feudum ad ipſos deuoluta, illud domino ceſſerint.

(c) STRVVIUS *Synt. Iur. Feud. C. XII. aph. 16.*
(d §. *IV.*
(e) STRYK. *Exam. Iur. Feud. C. XXII. qu. 14.* BITSCH. *Comment. ad 2. F. 14. p. 300.*

§. VI.

Contractus inter dominum et vaſallum eſt conſenſualis et b. f. cui vterque ſtare debet.

Dominum inter et vaſallum in ipſo actu inueſtiturae contractus conſtituitur conſenſualis et bonae fidei (a). Quodſi itaque vaſallus praeſtiterit bonam fidem ſuoque officio ſatisfecerit, dominus quoque ad id, quod promiſit, obligatur. Sin vero fluxam fidem geſſerit vaſallus et promiſſis non ſteterit; animaduerſio et poena domini in eum ecquid potius eſt, quam ſummae aequitatis exercitium?

(a) STRVVIVS *Iurispr. feud. C. X. §. 2. p. 313.* HORN. *Iurispr. feud. C. XII. §. 2.*

§. VII.

Quia vaſallus ob inſignem deteriorationem feudum perdit, ei etiam refutatio eius imperari poteſt.

Cum autem primo loco in definitione (a) deteriorationis feudi meminerimus, noſtrum eſt inquirere, qua ratione feudum queat deteriorari? Rem deteriorare idem eſt, ac ei, quam praebet vtilitatem, eradicare. Gaudet vero feudum multiplici commodo. Hinc et multiplicibus modis corrumpi poteſt et deteriorari. Sic huic vel illi feudo regale venationis ius inhaeret. Quodſi itaque vaſallus ſiluam, ſine qua venatio nulla eſt, cum ferae nutrimentum inde hauſtum et domicilium amittant, radicitus extirparit, lignum-

lignumque caesum lucri ergo vendiderit; dominus iure suo vti et ad priuationem agere ipsique vasallo refutationem feudi imperare potest (b). Cum vero semper poena conformis esse debeat delicto, non integro feudo excidere potest vasallus, qui saltem partem feudi deteriorem reddidit (c).

(a) §. *V.*
(b) STRVV. *in Iurispr. feud. C. XXI.* §. *2.* STRYK. *in Exam. Iur. feud. C. XXIII. qu. 24.* qui simul adiicit, vasallum feudo non tantum priuari, sed et agnatis ad interesse teneri, et hoc vel *actione L. Aquil.* vel *in factum arg. l. si modo 59. ff. de legat. I.*
(c) HORN. *l. c. C. XXIII.* §. *16.*

§. VIII.

Quae cum ita sint, facile collectu est, refutationem et eo casu locum posse habere, quo quidem vasallus causa deteriorationis efficiens non fuit, veruntamen concomitans. Cuius rei exemplum extat notatu dignissimum, de quo B. *Dn. de* LVDEWIG (a) sequentia protulit: *Ante aliquot annos calamitatem senserunt inundationis in Frisia et eius vicinia Oldenburgo, vbi vasallis imperatum, Daß dieselben entweder gewisse Summen zu Wiederabtreibung des Wassers herschiessen, oder der Lehn verlustig seyn solten.* Qui quidem Frisiae et Oldenburgi vasalli non suamet culpa inundationem primario produxerunt; secundario tamen, denegando sumtus ad illam arcendam necessarios, feuda reddidere deteriora, quoniam verendum erat, ne, quod terris maritimis saepissime accidit, per immensam inundationis vim intererant aut penitus

Non ille solum causa deteriorationis est, qui damnum dedit, sed etiam qui sumtus negat, ad illud auertendum necessarios.

absorbeantur. Cum itaque salus publica requirat, vt nullis sumtibus ad auertendam inundationis calamitatem parcatur, sequitur, vt, qui illos denegat, feudi amissione puniri cogique possit, ut, quod habuit, dominium vtile vel domino vel, illo consentiente, ei cedat, qui offert sumtus ad arcendam repellendamque inundationem necessarios.

(a) *Ad* STRVV. *Iurispr. Feud. C. XXI.* §. 2.

§. IX.

Imperari potest vasallo feudi refutatio ob nimiam in subditos saeuitiam.

Nec eo casu dominus iniuriam facit vasallo, qui ei imperat refutationem feudi, si illicitam et efferam plane in subditos exerceat saeuitiam. Id quod rarius quidem continget hodie (a). In Lusatia tamen et Silesia quondam accidit (b). Etenim subditi nimia subacti saeuitia iugum tyrannidis deponunt, sedes derelinquunt, tutiora sibi et meliora quaerentes domicilia. Hinc inde feudum maxime deterioratur, cessat commercium, neruus rerum gerendarum imminuitur, mortua fere iacet agricultura, nec reliquum vasallo quidquam, nisi scire bene esse, sed non vnde. Fortunam suam turpiter adeo destruens vasallus publicamque salutem pessumdans poena imperatae refutationis est dignissimus.

(a) Immortalis memoriae ICtus *de* LVDEWIG hac de re ita sentit ad STRVV. *Iurispr. F. C. XXI.* §. 2. *In Germania nostra hoc rarum est, ideo, quoniam ruricolae etiam pro ingenuis habendi; imo contra exempla docent, das die Gerichtsbauern dem Edelmanne mit Processen zusetzen, vnd vergessen,*

gessen, daß sie das Ihrige als Pertinenzstücke von denen adelichen Höfen haben.

(b) HORN. *l. c. C. XXIII. §. 16.* vbi exemplo docet ex ANDLERO *L. I. Dec. T. 6. p. 3. n. 16.* vasallum quendam ob saeuitiam in subditos feudo excidisse.

§. X.

Iniqua est eorum sententia, qui, ob feloniam in dominum commissam, poenam priuationis ad agnatos extendunt.

Sed non sola *deterioratio* facit, vt dominus feudi refutationem vasallo imperare possit, cum feloniam (a) committere dicatur, quoties directe vel indirecte contra officium (b) agit, quae feudi amissione coercetur (c). Committitur itaque felonia vel directo in dominum, vel indirecto, et quidem vel in rem feudalem, vel personas coniunctas, vel etiam extraneas (d). Si admissa fuerit in dominum, siue directe siue per consequentiam, feudum ex quorundam sententia ita ad dominum reuertitur, vt tam filii delinquentis, quam agnati penitus a successione excludantur (e). Quae sententia est iniquissima. Licet enim filii delinquentis vasalli in feudum, quod pater amisit, succedere nequeant (f); tamen nihil iniquius excogitari potest, quam feudi amissione punire agnatos, qui non succedunt delinquenti, sed primo adquirenti, cuius pacto et prouidentia ipsis ius est quaesitum post mortem delinquentis eiusque descendentium (g). Nec etiam praesidium inuenit illa sententia in *iure Longobardico.* Textus enim, quos pro ea stabilienda adducunt (h), nihil aliud probant, quam feudum aperiri domino, *vt hanc habeat suae iniuriae vltionem.* Aperitur itaque domino quantum attinet vasallum delinquentem eiusque filios, non vero in praeiudicium agnatorum, ad quos nullibi rigor

gor legis extenditur, quique nullam domino fecerunt iniuriam, quam aduersus eos vlcisci possit (i). Quam sententiam tanquam aequiorem et iuris principiis maxime consentaneam leges Imperii probarunt. Sancitum enim est *Capitulatione* CAROLI VI (k) *Gestalten auch im Heil.* Römischen Reich, *bey verwürckten Gütern des Aechters, desselben Verbrechen denen Agnaten vnd allen andern, so Anwartung vnd Recht daran haben, vnd sich des Verbrechens in der That nicht theilhaftig gemacht, an ihrem* iure succedendi in feudum *vnd Stammgütern nicht präiudiciren, sondern das principium, als ob auch agnati innocentes propter feloniam des Aechters des dadurch verwürckten Lebens vnd anderen zu priuiren keinesweges statt haben soll.* Idemque repetitum in Capitulatione nouissima (l).

(a) Haerent plerique in *feloniae* etymo. Quorum opiniones collegerunt STRVVIVS *Iurisprud. Feud. C. XXI. §. 3.* SCHILT. *Cod. Iur. Feud. Alem. C. XC.* WACHTER *Glossar. P. I. p. 434.* aliique. Nobis planissimum videtur, dictam esse *feloniam* a *Fel, Fehlen*, cum Fehlen significet delinquere, et *Fehler* quoduis delictum. Inde Germanis *Lehnsfehler.*

(b) *I. F. 5. II. F. 23. 24.*
(c) EYBEN. *Elect. Feud. C. XII. §. 2.*
(d) HORN. *l. c. C. XXIII. §. 2.*
(e) BERLICH. *P. III. Conclus. 37.*
(f) *II. F. 31.* GAIL. *de Pace Publ. L. II. C. 13. n. 21. sq.*
(g) GAIL. *l. c. n. 17.*
(h) *II. F. 24. §. f. 37. 55.*
(i) STRVVIVS *Syntagm. Iur. Feud. C. XV. aphor. 14.* CARPZOV. *P. III. Const. 25. d. 8.*

(k) *Art.*

(k) *Art. XX.*
(l) *Art. XX.* §. *8.*

§. XI.

Non itaque imperata vasallo a domino feudi refutatio agnatis fraudi esse debet, aut simultanee inuestitis, aut aliis, quibus ius succedendi legitime quaesitum est quique non venerunt in societatem criminis. Quod etiam eo casu obtinet, si delinquat maritus vxoris suae prouasallus. Cum enim delicta suos tenere debeant auctores (a); iniquissimum esset, punire innocentem vxorem ob culpam mariti procuratoris (b). Quemadmodum vero, mortuo prouasallo, alium debito tempore, sub poena priuationis, domino offerre debet (c); ita nullum dubium est, quin sub eadem poena nouum prouasallum constituere obligetur, si maritus se iure et nomine *vasalli* fecerit indignum sicque pro *ciuiliter mortuo* habendus sit. **Igitur agnatis aliisque fraudi esse nequit, feudi refutatio vasallo delinquenti imperata.**

(a) *l. 22. C. de poen.*
(b) STRVVIVS *Obs. Feud. XXXIII. p. 109.* SCHRADER. *de Feud. P. IX. S. 9. n. 75.* ROSENTH. *C. X. Conclus. 5.*
(c) STRVVIVS *l. c. Obs. XXXV.*

§. XII.

Cum vero, qui criminis arguitur, indicta caussa condemnandus non sit, facile intelligitur, opus esse caussae cognitione et sententia, si vasallus feudo debet excidere. Licet enim propter illicitam alienationem ipso iure ad dominum reuertatur (a) reique vindicatione tertius possessor pulsari possit; attamen eidem defensio **Non imperari potest vasallo delinquenti feudi refutatio sine caussae cognitione et decreto, licet ob illicitam**

alienationem ipso iure ad dominum reuertatur.

fensio salua esse debet, cum nemo ius suum indefensum relinquere teneatur (b). Postquam vero in caussa obtinuit dominus, non condemnatoria, sed *declaratoria* dicitur sententia, quia per illam declaratur, amissum esse ipso iure vtile vasalli dominium libereque reuersum ad dominum directum (c). Hoc igitur casu feudi refutatio vasallo imperari nequit. Quomodo enim resignare posset dominium, quod non amplius habet ipsoque iure amisit? Vnde si desint possessori exceptiones ad excludendam actionem comparatae, vel in illarum probatione defecerit, pronunciari debet: *Daß das von N. Bekl. ohne Lehnsherrlichen Consens verkaufte vnd ihm eingeräumte Lehngut N. Kl. aufgethan vnd heimgefallen, vnd ermeldeter N. sich desselben verlustig gemacht habe, diesemnach Bekl. dasselbe Kl. abzutreten vnd einzuräumen, auch* de fructibus perceptis *Rechnung zu thun vnd die Vnkosten zu erstatten schuldig* (d).

(a) *II. F. 44. 55.* SCHILTER *l. c. C. XXVI. §. 7.* SCHRADER *l. c. P. VIII. C. 1. n. 3.* HORN. *l. c. C. XI. §. 11. C. XXIII. §. 21.* eoque solo casu feudum *libere reuerti* dicitur ad dominum.

(b) *l. 40. pr. de hered. pet.* HORN. *c. C. XXIII. §. 11-14.* SCHRADER *l. c. P. VIII. C. 2. n. 55.*

(c) STRVVIVS *l. c. C. XV. aphor. XI. n. 6.*

(d) COEPPEN *Obs. Iur. Feud. Obs. X. n. 130.*

§. XIII.

Sed si vasallus ex aliis caussis se indignum fecerit feudo,

Quodsi vero vasallus ex aliis caussis se feudo indignum fecerit, non ipso iure amittit vtile dominium, sed priuatur eodem per sententiam. Non enim iure feudali statutum est, vt ipso iure ad dominum reuertatur,

tur, et cum directo dominio consolidetur; sed actione personali, puta *condictione causa data, causa non secuta* (a), aduersus vasallum experiri debeat dominus (b). Cum itaque feudo priuetur delinquens per sententiam, postquam dominus culpam rite probauit nullasque reus ad elidendam actionem exceptiones opposuit, vel oppositas probare non potuit (c), consequitur, vt ei cessio dominii vtilis recte imperetur sententia: *Daß Bekl. die Lehn aufzulassen schuldig.* Licet enim non abscisse requiratur, vt ei feudi refutatio imperetur, cum iam priuatus sit eodem si sententia: *Daß er des Lehns verlustig zu achten,* in rem iudicatam transiit; attamen, ne queri possit, deesse sententiae rei iudicatae auctoritatem, ad praescindendam calumniandi occasionem, cautius agit dominus, si vasallo imperet vtilis dominii cessionem. Non enim de iniuria queri potest, qui iuri suo renunciauit, nec vtile sibi adscribere dominium, qui illud suo facto dimisit. Sancitum inde iure Magdeburgico (d): *Wann einer von Adel eine durch Vrtheil vnd Recht als anrüchtig erklärte Person heirathete, soll derselbe seines Geschlechts, Schild vnd Helms, auch der Mitbelehntschaft vnd Anwartung verlustig vnd seine eigene Lehngüter zuverkaufen, oder, da er Kinder von voriger Ehe hätte, denenselbe* solchezu refutiren *vnd in Lehn geben zu lassen, schuldig seyn, vnd weder er, noch seine aus solcher letztern Ehe erzeugte Kinder sich des Adelichen Helms vnd Schildes gebrauchen; sondern wir wollen, auf desselben Geschlechts unterthänigstes imploriren, ihm einen andern, dem adelichen Geschlecht nicht gleichförmigen Zunahmen ertheilen.* Est hic textus valde momentosus. Principio enim ex eo discimus, non ipso iure excide-

priuatur eodem per sententiam.

excidere feudo nobilitatisque praerogatiuam et insignia perdere vasallum nobilem, qui feminam infamiae stigmate vstam in tori societatem admittit, sed opus esse caussae cognitione et sententia. Deinde imperatur ei feudi refutatio, si adsunt liberi prioris matrimonii, illis vero deficientibus eiusdem venditio. Cum vero venditoris sit, vt resignet dominium vtile in gratiam emtoris, nemo non intelligit, vasallum, qui ad vendendum feudum cogitur, etiam cogi, ad illud refutandum. Tertio silet quidem lex de casu, si vasallus successores in feudo non habeat liberos, sed simultanee inuestitos, aut expectiuatos; cum vero eum plane indignum esse velit iuribus et nomine vasalli, facile est ad concludendum, poenae loco imperatam feudi refutationem etiam ad hunc casum fuisse extendendam. Denique nec id silentio est praetermittendum, edicto regio nouissimo (e) extensam esse legem ad ceteras prouincias, quae parent regi Prussiae, verbis fere iisdem: *Woferne aber dennoch ein Edelmann, diesem vnsern ausdrücklichen Verboth zuwieder, in Zukunfft sich gelüsten lassen möchte, eine Weibes-Person geringern Standes, welche noch dazu in offenbahrer Schande vorhero gelebet, oder durch Vrtheil vnd Recht als anrüchtig erkläret worden, zu heirathen: so soll derselbe seines Geschlechts, Schild vnd Helms, auch der Mitbelehnschafft vnd* Anwartung verlustig seyn, vnd seine bisherige Lehngüter denen nächsten vnbemackelten Lehnserben anheim fallen, *vnd, im Fall er von seinen Allodialvermögen nicht leben könte, daraus ihm, auf Lebenslang, weiter nichts, denn die* nothdürfftige *alimenta, nach gerichtlicher Ermäßigung gereichet werden, die aus dergleichen*

chen schändlichen Ehe erzeugete Kinder aber sich des adelichen Nahmens, Helms vnd Schildes nicht gebrauchen, sondern wir wollen, auf des Geschlechts allerunterthänigstes Ansuchen, solchen Kindern einen andern, dem adelichen Geschlechte nicht gleichförmigen, Nahmen ertheilen.

(a) *I. F. 21. 22. Ius Feud. Sax. Art. 59. 63. Alem. C. 26.*
(b) STRVVIVS *l. c. n. 3.* HORN. *l. c. C. XXIII. §. 20.* FINCKELTH. *Disp. X. Controv. 29.*
(c) Debet enim dominus actionem coram paribus curiae instituere commissamque culpam per quinque testes summae atque integrae opinionis probare *I. F. 21. II. F. 57. Ius Saxon. art. 55.* Quod tamen *art. 42.* sex testes requirit: *Mit sechs mannen muß ein jeder Herr einem Mann sein Gut abzeugen, das er mit rechter Klage angesprochen hat.* Sed hodie duo testes idonei ad conuincendum vasallum sufficiunt STRVV. *Synt. Iur. F. C. XVI. aph. 15.* LVDOV. *Proc: Feud. C. X. §. 12.* nec vbique iudicium parium in vsu est, sed coram regiminibus, vel etiam in curiis prouincialibus causae ventilantur HORN. *Iurispr. feud. C. XXV. §. 14.* B. G. STRVV. *Iurispr. feud. C. XXII. §. 5.* LVDOV. *l. c. C. I. §. LX. sq.*
(d) In *Ord. Polit. C. VII. §. 7.*
(e) *de anno 1739. die 8. Maji in diurn. Halens. d. a. p. 379.*

§. XIV.

Quodsi vero vasallus sententiae obsequi feudumque refutare nolit, poterit ei imperari refutatio sub comminatione, *daß in dessen Verbleibung die Lehn vor aufgelassen gehalten werden solle.* Licet enim refractarius carcere, mulcta pignoribusque captis coerceri possit; diffi-

Recte imperatur vasallo refutatio feudi sub comminatione, *daß es in dessen Verbleibung vor auf-*

gelassen gehalten werden solle.

difficile tamen erit, eum cogere ad factum praestandum, si in contumacia persistat. Ad praescindendas igitur ambages optimum erit, mediis vti ad finem obtinendum facilioribus et, si vtile dominium sponte nolit resignare, pronunciare: *Daß die Lehn nunmehro* in contumaciam *vor aufgelassen zu achten.* Cautum inde in *Ordinatione Processus Gothana* (a): *Es begiebet sich auch zu Zeiten, daß nachdem in das Eigenthum der Lehngüther die Execution gethan vnd dieselbe hernach verkauft, oder dem Gläubiger adiudicirt vnd zugeschlagen werden, die Schuldener vnd vorigen Vasallen mit Auflassung der Lehn die Gläubiger aufhalten etc. mit anhangender* commination peremtorie *bestimmet, vnd da er vorher, oder auf denselben die Lehn nicht auflässet, alsdenn, vnd nach verflossenen Termin, solch Leben in contumaciam für aufgelassen gehalten, vnd das Guth dem Käuffer oder Gläubiger, welchem es zugeschlagen, gewöhnlicher massen verliehen werden solle.* Idem quoque sancitum fuit *in Saxonia electorali* (b): *Dieweil sichs aber biebey zuträget, wann also zu dem Eigenthum der Lehngüther verholffen, vnd dieselben folgends verkauft, oder dem Gläubiger zugeschlagen werden, daß die Schuldener zur Auflassung der Lehn nicht sehr eilen, sondern die Gläubiger nur vorsetzlich damit aufziehen; So wollen wir, daß in solchem Fall dem Schuldener ein gewisser Termin zur Auflassung, mit anhangender* commination, peremtorie *bestimmet, vnd wann er darzwischen, oder auf demselben die Auflassung nicht thut, alsdenn die Lehn in contumaciam für aufgelassen geachtet vnd das Guth dem Käuffer, oder deme es zugeschlagen, verliehen werden solle.* Sed *ordinatio processus recognita* cauit (c), vt sine *comminatione* feudum pro refutato haberi debeat, *vnd obwohlen in angezogener*

vnserer

vnſerer Proceſsordnung h. t. §. *dieweil ſich aber &c. vorgeſchrieben, auf was Art vnd Weiſe der Schuldener zu Auflaſſung der Lehn in dieſem Falle angehalten werden ſolle; ſo wollen wir doch, damit alle beſorgliche Weitläuftigkeit vermieden werde, ſolches hiemit geändert vnd dagegen verordnet haben, daß, ſo bald die Adiudication eines ſub haſta erſtandenen Lehn oder Erbguthes geſchiehet, zugleich, ohne vorhergehende commination, die Leben an ſelbigen für aufgelaſſen gehalten werden ſolle.*

(a) *P. I. C. 17. §. 21.*

(b) *Ord. Proc. T. XL. §. 4.*

(c) *T. XL. §. 2.*

§. XV.

Tandem quaeſtio eſt valde momentoſa, an Imperator ſuo arbitrio ſtatui cuidam Imperii feudorum refutationem imperare poſſit? Quae iure meritoque negatur. Nam Capitulatione Imperatoris CAROLI VII cautum eſt (a): *Abſonderlich aber wollen wir auch darauf halten, daß hinführo niemand, hohen oder niedern Standes, Churfürſt, Fürſt, oder Stand, oder anderer, ohne rechtmäſſig vnd gnugſame Vrſachen, auch vngehöret* (b) *vnd ohne Vorwiſſen, Rath vnd Bewilligung des heil. Reichs Churfürſten, Fürſten vnd Stände in die Acht oder Oberacht gethan, gebracht vnd erkläret; ſondern in denen künftigen* caſibus, *darinnen, nach Beſchaffenheit des Verbrechens, auf die Acht, oder priuation entweder von Käyſerlichen Fiſcal Amtswegen, oder auf Beruffen des lädirten vnd klagenden Theils, zu procediren, vnd in Rechten zuuerfahren, vnd darüber wir entweder an dem Reichshofrath, oder vnſern vnd des Reichs Kammerge-*

Caeſar ſtatui Imperii imperare nequit refutationem feudi ſuo arbitrio, ſed opus eſt, conſenſu et ſuffragio electorum, principum et ſtatuum Imperii.

mergerichte pro adminiſtratione iuſtitiae *angeruffen vnd imploriret werden, zufoderſt in decretirung oder Auslaſſung deren auf die Reichsacht oder Priuation gebethenen Ladungen vnd Mandaten, ſo dann in der Sachen weiteren Ausführung bis zum Beſchluß, auf des heil. Reichs hierüber vorhin gefaßte Geſetze vnd Cammergerichtsordnung genau vnd ſorgfältigen Achtung geben, damit der Angeklagte nicht präcipitiret, ſondern in ſeiner habenden rechtmäſſigen Defenſion der Nothdurft nach angehöret werde.* Cum itaque nemo ab imperatore ſine conſenſu electorum, principum et ſtatuum imperii proſcribi feudisque priuari poſſit cauſſaque cognita et rite inſtructa ſententia ab ipſis imperii ſtatibus ferri atque ab Imperatore adprobari debeat (c); ſequitur, vt vaſallo delinquenti imperari nequeat feudi refutatio non rogatis ſtatuum Imperii ſuffragiis ipſaque ſententia, qua vel feudis priuatur vaſallus delinquens, vel eidem vtilis dominii ceſſio et abdicatio imperatur, praeſcripto modo ab Imperatore ſtatibusque ferri darique debeat executioni. Non tamen permiſſum eſt Imperatori, vt ſibi ſuaeque domui feuda vindicet aliaque bona, quibus delinquens vaſallus priuatur, quae potius imperio ſunt relinquenda, ita tamen, vt laeſo inde ſatisfiat. *Was nun dem alſo in die Acht erklärten abgenommen wird, des ſollen vnd wollen wir vns vnd vnſern Haus nicht zueignen, ſondern es ſolle dem Reich verbleiben, vor allen Dingen aber dem beleidigten Theil daraus Satisfaction geſchehen* (d). Niſi fuerint feuda mediata, quae immediato domino aperiuntur. *Iedoch ſo viel die particular Lehen, ſo nicht* immediate *von vns vnd dem Reich, ſondern von andern herrühren, betrift, dem Lehnherrn, auch ſonſten der*

der Cammergerichtsordnung vnd einem ieden in seinem Recht vnd Gerechtigkeit unbeschadet (e).

(a) *Capitulatio* IMPER. CAROLI VII. *Tit. XX.* §. *2. 3.*

(b) In Capitulatione FERDINANDI III. post verbum *ungehört* adiectum fuit primo, *vnd ohne Vorwissen, Rath vnd Verwilligung des heil. Reichs Churfursten, welche sich des Wercks nicht theilhaftig gemacht &c.* et deinde in fine *wäre es aber Sach, daß die That an sich selbst gantz notorisch, der Friedbrecher auch in seinen Verbrechen beharrlich vnd thätlich fortfähre, obwohl es dann nicht eben eines sonderbahren Proceß vonnöthen, so wollen wir doch auch in diesem Fall mit Zuziehung obgedachter des heil. Reichs obgemeldter massen vninteressirter Churfursten, ehe vnd zuuor wir zu der würcklichen Achtserklärung schreiten, communiciren vnd verfahren.* Addit MOSERVS *ad Capitulationem* AVGVSTISSIMI IMPERATORIS CAROLI VII. *P. II. p. 527. welche Extension sonderlich durch die Churpfältzische vnd andere dergleichen vnter Käyser Ferdinand II. vorgegangene* irreguläre Achtserklärungen *verursachet worden ist.*

(c) Cautum enim est §. *4. et 5. Wann es dann zum Schluß der Sachen kommt, so sollen die ergangene* Acta *auf* öffentlichen Reichstag *gebracht, durch gewisse hiezu absönderlich vereydigte Stände* (*den Prälaten vnd Grafenstand mit eingeschlossen*) *aus allen dreyen Reichscollegiis, in gleicher Anzahl der Religionen, examiniret vnd vberlegt, deren Gutachten an gesamte Churfürsten, Fürsten vnd Stände referiret, von denen der endliche Schluß gefaßt, vnd das also verglichene Vrtheil, nachdem*

 es von

es von Vns oder Vnserm Commissario *gleichfals abprobiret, in Vnsern Nahmen publicirt, auch die Execution sowol in diesem, als andern Fällen anders nicht, als nach Inhalt der Executionsordnung durch den Crayß, darinnen der Aechter gesessen vnd angehörig, fürgenommen vnd vollzogen werden.*

(d) *l. c.* §. *VI.*

(e) §. *VII.*

§. XVI.

Sententia contra vasallum delinquentem ab Imperatore et Imperio lata ita exequenda est, vt, si feuda sint immediata, a circulo, sin mediata, a territorii domino fieri debeat.

Cum vero executioni danda sit sententia contra proscriptum priuatumque feudis lata et publicata nomine Imperatoris, lege est sancitum, vt secundum *Ordinationem executionis* ab ipso circulo, in quo bona delinquentis sita sunt, executio peragi debeat (a). Nisi bona sint mediata, quibus priuatur delinquens. Tunc enim a nemine, nisi territorii domino fieri potest debetque executio (b). Quodsi vero ea, quae *Capitulatione Imperatoria* sancita sunt et praescripta, non vbique obseruata fuerint, acta gestaque ipso iure nulla sunt et pro non factis habentur. *Vnd wann auch auf vorbeschriebene Maaß, Form vnd Weiß, wie von Puncten xu Puncten versehen, nicht verfahren würde, so soll alsdann selbige ergangene Achtserklärung vnd Execution ipso iure vor null vnd nichtig gehalten werden* (c).

(a) *Rec. Imp. d. a. 1654.* §. *86. 160. 162.*

(b) MOSER. *Introduct. ad Proc. Iudic. Imp. Aul. P. II. C. 2.* §. *32. sq.* vbi de *modo* et *ordine* exequendi late disseruit et dubia, quae occurrunt, soluit.

(c) *l. c.* §. *10.*

§. XVII.

§. XVII.

Denique nec id ſicco pede tranſilimus, reſignationem beneficiorum poenae loco imperatam, etiam ad *beneficia eccleſiaſtica* (a) eſſe extendendam. Quam *eiurationem beneficii* vocare ſolent (b). Licet enim non permiſſa ſit muneris epiſcopalis vel eccleſiaſtici renunciatio, niſi ex iuſta et adprobata cauſſa (c), nec valida ſit vi metuque iniuſto extorta (d); tamen nullum eſt dubium, quin poenae loco imperari poſſit ei, qui *remotionem meretur* (e). Sed ſi decreto, quod imperat reſignationem, obſequi nolit; comminatione excommunicationis, mulrae pecuniariae, carceris aliarumque poenarum compelli poteſt ad obſequium praeſtandum (f). Licet nihil obſtet, quo minus beneficium in contumaciam *pro reſignato* haberi poſſit (g). Nec deſunt exempla imperatae in poenam reſignationis. Quorum nouiſſimum habuimus in Cardinale COSCIA. Quem ſimoniae aliorumque criminum reum poſtulatum CLEMENS *XII.* ad reſignationem *archiepiſcopatus Beneuentani* compulit. Licet vero mortuo CLEMENTE eius ſucceſſor BENEDICTVS XIV reſtitueret COSCIAE vocem actiuam et paſſiuam, omniaque priſtina iura et dignitates; tamen reſignationem archiepiſcopatus Beneuentani irritam pronunciare noluit, quin potius eum ad illam reiterandam compulerit.

Reſignatio poenae loco imperata etiam in beneficiis eccleſiaſticis locum habet.

(a) Quo iure olim feuda dicta fuerint beneficia oſtendimus §. IV. A feudis tranſiit denominatio ad *officia eccleſiaſtica* vſuque inualuit, *vt ius clericis tributum percipiendi reditus certorum bonorum eccleſiaſticorum perpetuo iure officio eccleſiaſtico*

ſtico auctoritate ſacra adſignatorum ſtrictiori ſignificatu vocetur hodie *beneficium*, perceptio vero commodorum ſub nexu fidelitatis conceſſorum frequentius *feudum* quam beneficium adpelletur ILLVSTR. BOEHMER. *Diſſ. de Iure Cuſtodiendi reditus vacantis beneficii* §. *II. n. 8. p. 7.*

(b) DVARENVS *de Sacr. eccleſ. miniſtr. L. VIII. C. 2.*

(c) *C. 10. X. de Renunciat.* Solo pontifice excepto, qui libere renunciat *c. 1. eod. in 6.*

(d) *C. 5. X. eod. C. 2. 4. X. de his quae vi metusque cauſſ.*

(e) *C. 6. 9. X. de Conceſſ. Praeb. c. 10. in f. X. de Exceſſ. Praelat* ILL. BOEHMER *Inſt. Iur. Canon. Lib. I. C. 9.* §. *7.*

(f) Diſerte enim Pontifex *c. c. 6. et 9.* iubet, vt ad reſignationem beneficii, ſi ſponte noluerit, compellatur.

(g) Supra §. XIV.

§. XVIII.

Haec ſunt, L. B. quae de refutatione feudi poenae loco imperata differere placuit. Non quidem diffitemur, ſupereſſe adhuc plura non inutilia, nec lectu indigna, quae de themate eodem proferri potuiſſent; ſed inſtituti ratio temporisque anguſtia nos compulit ad filum abrumpendum. Illud tamen ab humanitate tua expectamus, ne, ſi qua in re lapſi ſimus per errorem, id in ſequiorem partem interpreteris nosque, indicta cauſſa, condemnes. Conuicti enim facile cedemus, nullius vnquam iuraturi in verba magiſtri.

TANTVM.

D. IAC.

NOBILISSIMO DOMINO RESPONDENTI

S. D. P.

D. IAC. GABR. WOLF,
POTENTISS. REG. BORVSS. CONS. AVL. IVR.
PROF. P. O.

Virtutibus equidem TVIS meo non magis opus esse testimonio arbitror, quam vino vendibili suspensa hedera. Vt autem rogationi TVAE humanissimae meoque simul officio satis, vt par est, faciam; paucis dicam, quod ipsa a me veritas exigit. Ex quo enim doctrinis meis ad iuris publici prudentiam interesse coepisti, insignem profecto voluptatem inde percepi, quod continuam demonstraueris diligentiam, suauique adeo ornatus fueris modestia, vt in exemplum aliis, quod sequantur, proponi queas. Quemadmodum itaque nullus dubito, quin bene acta hic vita et doctrina patriae aliquando vtilis sis futurus: ita summum supplex imploro Numen, vt virtutibus TVIS addat perpetuitatem, faustumque TE esse iubeat et felicissimum!

E NOBI-

NOBILISSIMO RESPONDENTI

S. D.

PRAESES.

REddo TIBI opusculum, marte TVO scriptum elaboratumque. Pauca sunt, quae mutaui et pauciora adhuc, quae adieci. Nolui enim facere meum, quod TVVM esse debebat. Vt eo iucundior TIBI sit olim recordatio operae impensae oleique consumti in hac lucubratione. Thema elegisti e penu iurisprudentiae feudalis. Quae pars iurisprudentiae lucra amplissima auream que praxin promittit illis, qui eam strenue excolunt. Non enim in curiis feudalibus redduntur interdicta *de glande legenda*, aut *arboribus caedendis*, sed causae sunt plerumque maximi momenti, quae in iis orantur aguntur que. Licet plena periculi videatur nobilissima haec iurisprudentiae pars. Facile enim innocentissimo suffragio iram et vindictam potentum in se prouocant, qui respondent deciduntque caussas feudales. Quod comprobauit exemplo suo funestissimo, si vera narratur historia, ANDREAS DE ISERNIA doctor iuris feudalis seculo decimo quarto celeberrimus. Hunc enim comes quidam gente Germanicus, in quem tulerat sententiam *feudi priuatoriam*, gladio transfixit, dicens: *Tu mihi tua sententia ademisti bona et ego meis armis tibi vitam adimo.* Sed talia terriculamenta nec TV formidabis, nec formidabunt alii iustitiae intemeratae sacerdotes, qui recte faciendo neminem timent. Lau-

do

do itaque TVAM induſtriam in addiſcenda et excolenda iurisprudentia publica priuataque collocatam, certiſſime perſuaſus, vberrimam inde ad rem publicam vtilitatem redundaturam. Faxit DEVS, vt omnia TIBI cedant ex voto eueniantque feliciter. Vale mihique, quod facis, faue. Scrib. in Regia Fridericiana VIII. kalend. Decembr. A. O. R. CIϽ IϽCCXXXXIII.

NOBILISSIMO ET PRAECLARE DOCTO

DOMINO RESPONDENTI

SALVTEM ET FELICITATEM PRECATVR

MICHAEL ALBERTI.

Occaſionem mihi oblatam lubens arripio, qua honeſto et docto Tuo Academico ſpecimini applauſum praebere poſſum. Id in Tui honorem ſuſcipienti mihi in mentem incidit docti cuiusdam Viri, videl. BARTHOLINI dictum in *lib. de ſangu. vetito p. 37. ſq. Generalis*, inquit, *iuris ciuilis regula eſt, quod vnusquisque dominus rei ſuae moderator ſit et arbiter. l. in re mandat. C. mandat. adeo vt etiam cuilibet ciui liceat rebus ſuis et fortunis abuti l. ſed etſi 25. §. conſuluit ff. de petit. hered. Sed intereſt quoque reip. ne quis re ſua male vtatur §. penult. inſt. de his, qui ſui vel alieni iuris ſunt. De qua contradictione videndus* EVERH. BRONCHORST *Cent. I. contr. miſcell. aſſert. 40.* Talem uſum et abuſum res humanae tolerant, vt ſecundum liberum arbitrium humano intellectui in naturali-

 bus

bus negotiis conceſſum, bonum et malum aut admittere aut fugere poſſint homines, inde quilibet ſuae fortunae et infortunii certo reſpectu faber et arbiter eſſe poteſt. Summus isque optimus rerum humanarum moderator vnicuique hominum certum virium et facultatum modulum tribuit, quas quilibet comparato foenore exercere et adminiſtrare poteſt; nec ſemper in amplo et procero receptaculo quaerenda eſt indoles nobilis et virtuoſa; nec quis ſapientiae addiſcendae et probandae operam dat, donis ſuis abuti, ſed prudenter et bene vti annititur. Haec indoles etiam atque conſuetudo in illis reperitur, qui ſobriis ſcientiis et bonis artibus comparandis et exercendis inhaerent; Sunt qui verae ſapientiae laudabili ſtudio indulgent, dum alii contra a recto tramite deflectunt. Quemadmodum autem iuxta Solonis effatum *ignauia non inſtruenda eſt viatico, ſed bene meritis trophaeum erigitur:* ita ingenua indoles, ſacris Muſis indefeſſam induſtriam conſecrans, et honeſtum ac laudabile hoc ſtudium pulcris et probatis moribus, vt et integro vitae genere ornans, laudes, praeconia et fauſta meretur vota. Tecum iam mihi *Clariſſime Dn. Reſpondens* res agenda erit: Honoratiſſimus Tuus DN. PARENS, antiquior Fautor, meis Te commendauit curis; nec vllam intermiſi occaſionem hu[illegible] petitioni propenſo affectu faciendi ſatis: amaui aeque ac probaui foecundum animum Tuum, vt et ſtudiorum, in Lipſienſi ac Fridericiana Muſarum ſede comparatorum, elegantem theſaurum. Specimen capacitatis Tuae praeſenti hoc labore diſſertationis publicae nunc exhibes, de quo Tibi Tuisque gratulor, optoque vt hoc ſymbolum academicum gradus plus vltra proficiendi ac proxime DEO ac Reipublicae inſeruiendi, feliciſſimis ſucceſ-

ſibus

ſibus munitus, exiſtat, inſuperque deſideratam ſpem eorum, qui felicitatem Tuam curant, optant et promouent, efficaciter et conſtanter impleas: ita benedictionem diuinam ac amicorum fauorem conſeruare et adaugere poteris. Vale. Dab. Halae IX. Calend. Dec. A. O. R. CIↃIↃCCXLIII.

NOBILISSIMO IVRIVM CANDIDATO

SALVTEM OPTAT CONTINVO PERFECTAM

IOH. EHRENFRIED ZSCHACHWITZ

PROF. IVR. ET PHILOS. P. ORD.

Laudes merentur, qui ſtudiis et virtuoſo vitae generi ſe conſecrant. Quae encomia TIBI, *Nobiliſſime Iuuenis*, ex optimo iuris titulo contribuo. Collegia enim, quae TIBI aperui, indefeſſo labore continuaſti, ſemper TE etiam ſuaui ornatum vidi ciuilitate. Deus itaque T. O. M. quoad omnem TVAM vitam perpetuae TE felicitati conſecret, quod ex ſincero animo TIBI opto.

Monſieur,

A Utant que j'ai eu l'occaſion de jouir l'agrement de Vôtre conuerſation, j'ai toujours déſiré, que queque incident ſe préſentât, pour Vous temoigner publiquement l'afection cordiale que je vous porte. Voilà le moment arriué, pour y ſatisfaire, ſi ce n'eſt en vn Pcëme acheué, comme Vous fîtes au tems de ma promotion; du moins en des expresſions, qui ne laisſeront pas de Vous conuaincre de l'attachement parfait, et que je Vous conſeruerai autant que je viurai. Fasſe le ciel que les honneurs et les auantages, que démandent Vos ſingulieres mérites, Vous ſoient bien-tôt accordés: car par-là ſera accompli le ſouhait ardent de celui, qui ſe ſera toujours vn plaiſir particulier de ſe nommer.

Monſieur,

Votre

Très-humble très-affectionne
Seruiteur et Ami

H. C. ALBERTI.
Doctœur en Médecine.

QVisquis conſtanti ſibi ſedulitate parauit
Theſauros largos; quem rara ſcientia ditat,
Ac a plebeiis parnaſſi ciuibus amplo
Diſcernit campo, qui non ſacra limina templi

Muſis

Musis deuoti pede festinante salutans
Intima lustrauit potius penetralia, nullas
Formidans curas, metuens obstacula nulla:
Is specimen dare non dubitat, tentaminaque audet
Publica sponte sua ac animosa mente subire.
Hoc hodierna dies confirmat, SVAVIS AMICE,
TVque probas facto, quonam sis dignus honore,
Quid merito magni de TE sperare queamus.
Insignem Themidos almae TE praestat alumnum,
Quicquid agis, loqueris: cum dexteritate stupenda
Scis iuris nodos legumque aenigmata iuste
Soluere. Sic omnes spem laeta fronte capessunt.
Gratuler inde TIBI? Potius respublica tota
Atque salus, quam TV paries, me iam mouet, ipse
Vt de TE laetans ex pectore gratuler imo,
Votaque concipiam, quae foedus dictat amoris.

D. CHRISTIAN SIGISMVND BECKER.

C'est et auec plaisir que je me joins à ceux,
Qui de Ton génie par vn motif sincere
Eleuent et le haut et le point de plaire.
Abhorrant le délai, réjettant le fougueux,
Docte Ami, TV TE rends d' abord au chef du theme,
Là étalant tout court Tes sciences qu'on aime,
TV touche auec adresse vn des points Feodaux,
Peu connu jusqu'ici; ainsi bien difficile.
Et comment? pur et net, comme il faut aux habiles.

Donc qui ſ'étonneroit, que tous les Principaux,
D'un corps ſauant joint pour releuer les graces
Du Latin, l' ornement de l' illuſtre Parnaſſe
TE viennent reçeuoir. Cet honneur T' arriua,
N'aiant pas acheué le cours de Tes études.
Quel honneur, quel bonheur, promettent nous Tes rides?
Daigne donc honorer, comme TV n'y manquas
Le tems de Ton ſéjour à notre Academie,
De Ton affection, le ſouscrit qui T' en prie,
Et qui én échange, au double T'aimera.

Pour m'acquiter d'un deuoir que démande la choſe méme je n' ai pu manquer de Vous feliciter des preuves excellentes, que Vous donnez de Votre Sauoir; conſeruez moi autant de Votre amitié, et je ſerai toujours,

Monſieur,

Votre très-humble très-obligé

CHR. AVG. BEHR.
Cand en Droit.

Molt' Illuſtre Signore,
e
Padrone Colendiſſimo,

N*On potrebbe ſuccedermi occorrenza più commoda per dare à VS. alcuni ſegni della mia ſingolare affezzione verſo di lei, ch' all' hora vedendola aſcender alla publica cattedra. L' onor ch' iò hò di connoſcerla per un gran pezzo, e l' affez-*

l' affezzione, di cui ella m' hà degniato fin quì, porgemmi la licenza di giungere al publico applauso 'l mio priuato, monstrando ella per una disputà publica, che la Sua diligenza intorno agli studi academici habbià risposto all' esperienza. Non hò di bisogno à dargliene molte lodi, mentre tutte le persone che la connoscono confesserano, che VS. sià vn soggetto pieno di virtù e dottrina: mà il mio proposito è solamente di pregarla per questi caratteri di conseruarmi la dolce Sua amicizia da qui in anzi. Dal mio canto l' assicuro d' osseruarne sempre inuiolabilmente le leggi. Per fine la bacio con ogni affetto restando,

D. VS.

Hala
gli 29. Nouembre 1743.

Vmilissimo e Obligatissimo Seruitore
T. T. FELLER.
Opp.

Pindi puellae propitiae TIBI
Adsint niualis, cultor idoneus
Qui viuis, illustri labore
Eximium meritus fauorem,
FOERSTERE, nobis qui bene cognitus
Dilecte, constans conspicua fide,

Aetate; consumis deinde
Artibus ingenuis vacando
Mentis voluptate ingenuae optima
Tempus dicatum quodlibet integrae
Multiplici oblectationi.
Tempora quam meminisse gratum
Transacta belle! TV Themidos sacra
Diuae feroci feruidus impetu
Peruadis immenso labore
Continuans. Bene tempus omne
Impendis, amplis mente scientiis
Prognata ad artes inuigilando; sed
Cur tento conatus secundos
Enumerare? Satis probabit
Quem das, libellus. Nunc TIBI gratulor,
Laetorque libro dulcifluo TVO,
Optoque progressum, precatus
Praemia digna labore tandem.

His Praenobiliss. Dno. Auctori doctissimae disputationis, Fautori et amico suo honoratissimo laetum animum significat amicus deditissimus

Dab. Lipsiae mense Nouembr.
CIↃIↃCCXLIII,

IOHANNES GOTTLIEB
VOLKELT.
Laub. S. S. Th. C.

Freund,

Freund, da Dein muntrer Fleiß oft bis zum
Hahnenschrey
Gesetz und Recht durchsucht, das alte Rom
entdecket,
Den Urstof aller Kunst Dir gleichsam eingepflöcket,
Kurtz da Du voll Begier der Wissenschaften Rey
In Blut und Saft gebracht; so kanst Du glücklich
zeigen,
Was aus gepflogner Müh vor reife Früchte steigen.
Mich dünckt ich höre selbst den kräftigsten Beweiß,
Womit Du ieden Satz dem Gegner klar erläuterst,
Und sonder Gleißnerey der Wahrheit Licht erheiterst.
Dein Gegner weicht Dir gern, und spricht: Du hast
den Preiß
Vor andern wohl verdient am Saalathen erhalten,
Die bey dem ersten Schritt im Hörsaal schon erkal-
ten.
Wer weiß, wo Dir bereits ein grünend Glücke blüht,
Das aus Sophiens Schoos das erste Seyn gezogen,
Und dem der Vorsicht Hand die Dauer zugewogen,
Der Vorsicht, die allein auf Werth und Tugend
sieht.
Indeß verbind ich mich ein Freudenfest zu feyern,
Wenn Dir so Zeit als Glück aus ihrem Saba steuern.

Heinrich Samuel Eggers
Der G. G. B. in Leipzig.

A' MON-SEIGNEUR

MON-SEIGNEUR DE BLOCHMANN,

Conseiller Intime de Sa Majesté le Roi de Prusse et Electeur de Brandenbourg,

Directeur du Magistrat de la Ville célebre de Breslau &c.

Mon très-honoré Patron.

MON-SEIGNEUR,

*C'eſt trop hazarder, je l'auoue, que de dédier des prémices academiques bien imparfaites et vertes encore, à une Perſonne ſi Illuſtre, et dont les excellentes mérites ſe ſont gagnés le comble de graces d'un très-Eclairé et très-***Genereux Prince***; auſſi-bien que dont l'humanité et la ſincerité ſans pareil ſe ſont attirés les coeurs et les amours de tous les compatriotes. Mais quiconque réflechira ſur les raiſons et les motifs lesquels m'ont animé, approuvera ſans*

les ſingulieres graces, dont il Vous a plu de me daigner toujours, ſont deja ſuffiſans à juſtifier mon éntrepriſe. Ainſi plus fondés que je vois mes motifs, plus j'éſpere, que Mon-Seigneur daignera d'une gracieuſe mine le préſent de peu de valeur de ſon très-humble et très-devouë Serviteur. Ma fortune s'augmentera par là le plus, et je m'éſtimerai très-hureux ſi je puis jouir de la grace perpetuelle de Celui, pour le Salut du Quel je prie inſtamment le bon Dieu, et Le Quel j'honore toujours avec un très-profond réſpect, comme

MON-SEIGNEUR

Votre
très-humble et très-devouë
Seruiteur.

de Hale en Saxe au Mois de Decembre 1743.

FOERSTER.